

## Band V., Nr. 1484, Seite 250-251

*Der Edle Ulrich von Gundelfingen beurkundet, dass Konrad von Schussenried sein von den Herren von Wartenberg ihm erblich zustehendes Lehen in Hopferbach in seiner Gegenwart dem Kloster Schussenried verkauft und den Lehenherrs aufgesagt, sowie dass letztere das Eigentum daran um ihres Seelenheils willen dem Kloster geschenkt haben.*

Otterswang, 1258. März.

In nomine domini amen. Quia memoria hominum labi frequenter cum lapsu temporis consuevit modernorumque actus dolosi nequam et variables in suis contractibus se demonstrant, summe maturitatis invenit discretio, ut ea, que geruntur in tempore, scripturarum memoria perducantur ad noticiam futurorum. Hinc est, quod nos Vlricus nobilis de Gundeluingen ad noticiam omnium et singulorum volumus pervenire, quod dominus Conradus de Scuschenreît feodum, quod dudum a suis progenitoribus apud Hopferbach iuste ac legitime a dominis de Wartenberc possederat, monasterio de Sorech in presentia nostri pro viginti marcis argenti rite et rationabiliter vendidit ad manus dictorum dominorum quorumlibet inpeticione remota resignans libere et quiete dictique nobiles de Wartenberc easdem proprietates suas beatissime virgini Marie, Iohanni ewangeliste, sanctis confessoribus Magno et Augustino patronis monasterii antedicti in sue anime ac progenitorum suorum remedium contulerunt, prout instrumentum universaliter de proprietatibus eorundem nominato monasterio indultum plenius nunc demonstrat. Huius rei testes sunt: Vlricus filius noster, Conradus de Wofelins<sup>1</sup>, Rûdolfus de Büchaugia, Winmarus de Burcwiler, Conradus de Hagingen notarius noster, Gebehardus de Kurenbach, Hainricus et Albertus fratres Vesarii, Reinhardus de Alidorf, Eber. de Richenbach et alii quam plures.<br> <br> Actum apud Otolweswanc, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense Marcio, indictione prima. Amen.

---

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Das runde Siegel des Ausstellers Ulrich von Gundelfingen, 45 mm (IV. A. 2): In einem Schild ein Ast, Umschrift: + *Sigillum* . VLRICI . DE . GVNDELVIN[G]EN.

---

<sup>1</sup>Vielleicht Ofllings.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 505 U 725

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Otterswang

**Ortsindex:**

Aulendorf Wohnplatz (18779)<br> Aulendorf, RV<br> Bad Buchau Wohnplatz (17062)<br> Bad Buchau, BC<br> Bad Schussenried Wohnplatz (17071)<br> Bad Schussenried, BC<br> Burgweiler Wohnplatz (21203)<br> Burgweiler, Ostrach, SIG<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Hayingen Wohnplatz (15868)<br> Hayingen, RT<br> Hopferbach Wohnplatz (17077)<br> Hopferbach, Bad Schussenried, BC<br> Kürnbach Wohnplatz (17079)<br> Kürnbach, Bad Schussenried, BC<br> Oflings Wohnplatz (20477)<br> Oflings, Wangen im Allgäu, RV<br> Otterswang Wohnplatz (17084)<br> Otterswang, Bad Schussenried, BC<br> Reichenbach Wohnplatz (17085)<br> Reichenbach, Bad Schussenried, BC<br> Wartenberg Wohnplatz (14073)<br> Wartenberg, Geisingen, TUT